

rat moribus efformandos susce-
pere, sed effingendos etiam huma-
nis ritibus & politica societate,
traductis è saltibus & tescuis ef-
feratis hominibus in Oppida,
tam ex latte & ad lineam con-
dita, ut mox in Urbes excreve-
rint despiciatui nevtiquam habi-
tas. His Noster tandiu immora-
tus est, quandiu Familia Recto-
ribus visum fuit Mexicum ho-
minem advocare, ejus operâ
aliter uterentur. Theologia vi-
delicet è Cathedra docendę ad-
motum, uti Agydius Gonzalez
Davila scribit, sexagesimo deci-
mi quinti seculi anno veniente
coactisque Provincia comitijs
Oculmæ, ut apud Grijalvan le-
gimus, ad clavum stare consen-
tientibus suffragijs Patres gravis-
simi decreverunt. Ubi Provincia-
lis fuit renunciatus, ferventi So-
dales concione ad Apostolica hor-
atus munia, quibus hæcenus in-
cubuerant, rebus ipse publicis con-
sulturus & Indorum institutioni,
atque Ordini suo juxtâque Do-
minicano & Franciscano, utrius-
que Provincialibus comitem se-
dedit in Hispaniam ituris.

451 Vix eò accesserant, cum
Hispani Noster ab Catholico Re-
ge destinatum cognovit se in
Episcopum Popayani, quæ Pro-
vincia sedet in novo Granata
Regno, Meridionalis America
portione nobilissima. Multis qui-
dem egit, splendidum ut refu-
geret munus, atque à se omni-
illud deprecaretur. Patuit tamen

obedienciâ ductus, consecratusque
Mantvæ Carpentanorum anno
1562, statim ac licuit suâ se Ec-
clesiæ regendâ dedit, quam to-
tis annis viginti ad instar pri-
mitivæ Ecclesiæ Patrum sanctis-
simè administravit. De austerio-
ri, quam ad id tempus traduxe-
ret, vita, nihil remisit, indusio
nunquam amictus, sed lancâ tuni-
câ, nec calcæis usus, sed can-
nabaccis nudos ceteroquim pe-
des ut cumque fovens: arctus illi,
impolitus, & è vili materia, pro
more Sodalium qui Mexici age-
bant, habitus: decubitus plerum
que super tabulam & stragulum
geminum: abstinentiæ verbera-
tionesque in hebdomadam mul-
tæ, ut Sociorum item mores fe-
rebant: neque enim antiquius
habuit aliud, quam ut in vitam
Mexici vivendi rationem ad ex-
tremum duceret, optimisque Re-
collectæ Provincia illius institutis
ac documentis pergeret, quæ
etiam in docendo, hortando,
concionando tertio quoque ver-
bo adhibebat. Sacramenta alia
que Ecclesiastica ministeria per-
inde agebat, ac si parochialibus
adhuc munijs Chilapæ insisteret,
aviaque Tlapæ & termina
pererraret. Baptismo suis ipse
manibus innumeros propemodum
abluit: Idola ijsque destina-
ta colendis delubra, quæ non
dum everti poterant, dissecit,
proque imperio cum demone
agens, quam longissimè prof-
cripsit & amandavit vasser-
ri-

rimum ac teterrimum hostem.
452 Strenuam Dei promo-
vendo cultui operam dedit, Ec-
clesiæ nitorem, mundiciem, inque
divinis officijs, quibus aderat fre-
quentissimè in choro, gravita-
tem atque modestiam in delicijs
& curis habens. Popayami Cœ-
nobium pro sui Ordinis Religio-
sis à fundamentis condidit, in
quod receptus & ipse, commu-
nia cæteris peragebat officia, ip-
sos in triclinio comitatus &
choro, Episcopum insimul agens
& Religiosum. Pro sacris Deo
Virginibus Monasterium item
erexit S. Nicolai de Tolentino
nomine insignè, quæ Patrem
se præstitit & Magistrum, ex-
imio earum in christianâ virtu-
te profectu. Adhæc, in alijs lar-
gissimus elemosynis, eos in
primis pauperes arctius comple-
ctebatur, qui erubescerent men-
dicare, quibus subinde apposi-
tum sibi panem libentissime par-
tiebatur. Singulis noctibus pecu-
niarum rationes subducebat, ut
quæ superessent, egeno consign-
naret alicui, earumque spoliatus,
quantum posset, dominio, cu-
bitum iret, charitati juxta in-
vigilans paupertati que. Quam
hæc Deo essent placita cæcis
etiam paruit clarissimè eventu
mirabili. Lustrante enim Dicece-
sim, domoque apud Timana, in
qua hospitabatur, conflagrante,
ubi ipse Indorum humeris aspor-
tatus, ceu Anchises Enææ dor-
so subnixus, incendium effuge-

rat, ne flammam reperere vere-
rentur, eos monuit, pollicitus
incolumes evasuros, ut stragulam,
pauperem cætera, gemina tamen
informis auri lamina, exiguâ li-
cet, divitem, secum deferrent,
subsidijs Monialium & descrip-
torum in charta pauperum desti-
natam; cui obsequentes adhor-
tationi, illæsi penitus evasere, mi-
rantibus, qui aderant, & qui
audierunt postmodum cunctis.

453 Nec intra ditionis tan-
tum terminos suæ, religiosæ mo-
numenta pietatis & benignitatis
excitavit, sed longius progressa
apud Hispanos voluit & Mexica-
nos, donatis Salmanticensi Con-
ventui 14 millibus ducatorum pro
extruendo Collegio, & septem
millibus pro Complutensti; Mexici
autem & Angelopoli institutis ad
Monasteria Ordinis perpetuis in
Missas redditibus. Difficile subin-
de creditu memini erit quod
gravissimus vir Illmûs. D. D.
Joannes Diaz de Arze, geminis
& fide dignissimis testibus asse-
verat in Proximo Evangelico
tom. 2. lib. 3. cap. 13. f. 41.
col. 2. Augustino scilicet nostro
Urbem S. Fidei apud novum Gra-
natæ Regnum inscijs omnibus
ingrediente, sua sponte ac cam-
panum omne festivo hilati que
tinnitu insonuisse, perinde qua-
si dilectum Deo & hominibus
Præfulem salutarer, excipiendum
que humillimum præmoneret.
Concilio Limentis II Provinciali
anno 1567 celebrato adfuit cum

cæteris Regni Coepiscopis pro recipiendâ Generali Synodo Tridentina, rum etiam pro cultu Dei, Disciplina Ecclesiastica, ac Reformatione morum curandis: atque hujus Acta & Decreta Concilij legitima & promulgata fuisse dicitur Actione secunda tertij item Limensis S. Turibio Præsidente habiti anno 1582, quod communiter Primum audit, scilicet ex editis, uti advertit Cardinalis de Aguirre, in ea quam ei præfixit Monitione ad Lectorem tom. 4. Collectionis maximæ Conciliorum Hispaniæ & Novi Orbis pag. 232.

454 Noster cujus profuisse multum operam Synodi actibus non ambigimus, plurimam item posuit, ut Ecclesiæ Immunitas ac Libertas facta recta consisteret, & hanc ob rem prædura passus est & gravissima, exulare compulsus, & ditione egredi ac Ecclesiâ suâ, Præsidis & Auditorum Regij Juridici Conventus mandato, quibus tamen carè nimis sterit Edictum: nam & Præfcs non multò post ad plures abiit, Deo rationem sacrilegi sceleris redditurus, & qui inter apparitores eminebat, sanctumque Præsulem comprehenderat, solumque vertentem affectabatur, obiit in ipso itinere, & Auditores deinde honoribus exclusi & potestatibus, eis restitui nunquam valuere, infelicem ducentes vitam, Philippo II Catholico Rege nostro graviter & indigne fa-

ctum habente, audaciamque hominum scriptis literis exprobrante. Porro Noster, qui de Regiâ conscius voluntate Religioni apprime consentanea & Pietati Justitiæque, abuti Ministros umbrâ illius ac Majestæte noverat, Primicerium ut audivit Senatus Consultum ipsi Regio intimantem nomine, Decretique Scribam excepit totam, qua decet in Supremum Principem reverentiâ, chartam demississimè oscularurus, munitam subscriptionibus vidit, Ecce, inquit, imposuisti mihi? Qua fronte Edictum esse, quod legisti, Philippi Regis asseverabas, cum sit illud tamen Licenciati Cañaberal? (hoc enim erat Præfcs cognomine) Perinde quasi salibus istis ac lepore fugillaret & miraretur hominum petulantiam, qui Regis autoritatem iniquissimè adversus ejusdem religiosissima placita detorquerent.

455 Utur tamen, digressus à suis, in Cœnobium Quitense Ordinis S. Augustini se transtulit, biennioque detentus ibidem, ædium partem minimè exiguam, cellis officinisque constructis adauxit, Sacratio paramenta dedit, grandeque & Catholico ritû sacratum æs campanum in publicam Turrin. Hinc, rebus tandem pacatis, sedem ut repereret suam egressus, cælesti quidem propior, in hanc tandem evolavit faustissimè, uti facilè & pronum est credere, testatque sunt proptijs oculis conspexisse Re-

ligiosi Prædicatorum Ordinis Popayami morantes, cùm tamen ille vitam clauseric Timiamæ apud quod diverterat Oppidum anno 1590. Religionis 60. Episcopatus 20. Miraculis etiam post obitum inclaruisse Authores sunt ij, quos statim dabimus, è quibus primùm nominandus adjicit, corruptionis expertem demortui corpus fuisse, quo tempore effosum elarumque fuit è commo dato à Timiamensibus in proprium ad Popayani Ecclesiâ sepulchrum. Acta ejus habentur apud M. Ægydium Gonzalez Davila in Theatro dictæ Ecclesiæ f. 75. col. 2. & f. 76. & apud M. Grijalva in Chronicis Augustinianis Hispaniæ Novæ, ætate 2. cap. 19. fol. 96 col. 4 & sequentibus: prætereaque fol. 8. col. 3. fol. 13 col. 3. & 4. fol. 14 col. 1. fol. 19 & 20. itemque 24. col. 2 & 94. cap. 18. per totum. Meminit etiam ejus M. Bassalenque in Historia Provinciæ Augustinianæ Michoacanensis fol. 47 col. 1. & laudatus supra Illmûs. Diaz de Arze. Item F. Hieronymus Roman in Chonicis Ordinis Heremitarum S. Augustini Centuria 12. ad annum 1562. fol. 130. col. 2. Nec non F. Stephanus Garcia in Vita S. Thomæ Villanovani cap. 14. fol. 31 col. 1. Scripsit.

Tractatus de Fide, Spe, & Charitate,

Ut citatus Ægydus habet.

Præterea, quam legerat M. Gri-

jalva, cujusque memoriam habet pag. 14. col. 3.

Historicam narrationem Expugnationis Provinciae de Chilapa & Tlapa.

Nec dubitamus, absolutum ab ipso fuisse Opusculum, quod præmanibus habuisse perspicimus in Actis Capituli Provincialis à Grijalva relatis fol. 19 col. 1. scilicet,

Doctrinale, seu pro tradendâ Indis Christianâ doctrinâ methodum expeditam.

456 FR. AUGUSTINUS DE CUELLAR, cujus Natio & Patria nobis est hæctenus incomperta, quamvis Hispanum dicat Bibliotheca Franciscana, quæ Americanos ab Hispanis oriundos Hispanos item nominat, nec immeritò, minus tamen ad institutum nostrum appositè, quòd istos ab illis secernit, non sanguine quidem & genere, sed natali solo. Mexicanus certè Domicilio, & Professione Observantibus Religiosis Seraphici Ordinis Provinciæ S. Evangelij junctus, majorum acta Sodalium posterorum commendata memoriæ voluit, scripto, quem in schedis reliquit, Libro exponente

Fundationes Seraphici apud Novam Mexicam Ordinis, Vitasque Illustrium ibidem Custodia florentium virorum, ac Martyrium PP. FF. Martini de Arvide, & Francis Lerrado, quod annis 24 & 29. sæculi proxime præterlapsi subierunt.

Operis hujus meminit, quòd fi-

bi usui fuisse fatetur pro ijs quæ condidit, F. Augustinus de Be-tancurtius, in sillabo Monumentorum Mss Theatro Mexicano post indicem editorum præfixo. Meminit item Bibliotheca Franciscana tom. 1. pag. 146.

457 ILLMUS. D. M. D. F. AUGUSTINUS DAVILA PADILLA, Natione Mexicanus, genitore Petro Davila, Matre autem Elisabetha de Padilla, quæ genus ab Expugnatoribus Mexici, primis quæ colonis deduxerat, in ipsa Imperij Americani capite Urbe ortus est labente anno 1562. Etatis 4. precoci rationis usu multis erat admirationi, forsan inde præscientibus magna, insigniaque in posterum Iperantibus. Nec verò augurijs sibi imposuisse vanis ij præsto dixere, ubi ille duodecimum vix annum egressus, non modò Grammaticâ imbutus fuerat atque Rhetoricâ, sed florebat quoque Eloquentiâ, & Historiæ Antiquitatisque peritiâ vernabat. Facili subinde negotio callentissimum Philosophiæ laureâ Baccalaureatus 13 etatis anno, Magisterij 16 infulis Universitatis Mexicana, communi doctorum hominum plausu donavit, Aulisque Theologicis libentissimè excepit, sacrâ perpoliendum doctrinâ, ut omnigena dives esset eruditione. Erat jam tum ille virtutis percupidus, Sacramenta frequenti & devota susceptione colebat, Deiparentemque Virginem, Rosarij præ-

sertim titulo deprecibat, cuius equidem religionis fructum beneficio in paucis celeberrimo expertus fuit: labante liquidem, quam incolebat, domo, dissectis quæ cubiculi, in quo erat, parietibus, contignatione obrutus & ruinâ, Parentem Dei, sui que dilectissimam Protecricem in auxilium sibi evocavit, cuius ope intra fenestrâ cavum receptus, incolumis prorsus evasit. Vota eam ob rem nuncupavit, cum recitandi quotidie virgineum Psalterium, tum etiam ejusdem evulgandi magnalia, ac Prædicatorum Ordinem ingrediendi. Et quòd ad postremum attinet 19 Novembris 1579 exsolvi co-capit habitus susceptione, solutusque est plenè cum expleto tyrocinijs curriculo, alijs se religiosijs votis adstrinxit in Mexiceo Monasterio, quod S. Jacobi Provinciæ Primarium est.

458 Philosophiam Sodales docuit, mox etiam Theologiam & Mexici & Angelopoli professus, Magisterij gradum promeruit, quo tandem inclaruit. Nec porro Cathedris occupatis regendis, Pulpitis se subtraxerat, imò ijs juxta illisque deditus, egregium in oratoria sacra nomen prætulit, memorque pristini, quo se religaverat, voti, totus erat in dilaudandâ Virgine Matre, ejusque Rosarij Mysterijs pandendis, celebrandis, & in auditorum animis sculpendis. Adhæc, exemplis, consilijs, hortationibus

egit,

egit, ut Religiosi Provinciæ suæ globulos precatórios ad collum deferrent palam expositos, quem ut in mores usum induceret, offendicula multi equidem momenti, pietate eloquentiâque superavit, Rectorem Familiæ Magistrosque in solenni confesso eade re assidentes, eo usque perurgens, donec encicycis litteris circum Provinciã omnem datis, injunctum Socijs fuit, piensissimum ut proni adversus Deiparentem animi signum, ceu gentilitium tesseram, aureo quoque illustriorem vellere, coram exonerent, atque à Mexicana in cæteras Hispaniæ Novæ Provincias Ordinis religio isthæc deinceps promanavit, quæ etiam apud Insulas Philippinas increbuit. Modestus erat admodum, & qui decent in clientelam receptum Immaculatæ Virginis, castissimis moribus, adeo ut provocatus vasserimè, illicijsque ad impudicitiam tentatus, fuga sibi consulens, immotum se præstiterit & labis expertem.

459 Pro censuris Theologicis, Librisque examinandis institutus ab Apostolico Fidei Mexiceo Consistorio, his exactissimè defunctus muneribus, de Catholica Ecclesia benemeritus fuit & cum à Quæstoribus, tum etiam ab alijs gravissimis viris laudè tulit egregias. E Conventus Angelopolitani Priore, Definitor a generalia Ordinis Comitia, Præcuratorque in Hispaniam dimi-

sus, Europæis acceptissimus viris fuit, dicendique in primis faciendâ & gloriâ clarus, à Pincianis Sodalibus apud insigne Divi Pauli Cœnobium Concionator fuit nominatus, unicusque & eximius quo tempore inter illos diversabatur, magno auditorum emolumento, qui non modò applaudebant dicenti, sed verò etiam reformatis moribus occinebant. A Philippo III, tunc Hispaniæ potentente, Regij Ecclesiastes titulo adauctus habitusque plurimi, non minoris à Regni Dinastis est ductus, quibus ut appensam ad collum piacularem Coronam intuentibus manifestam deferrent, persuasit, & assecutus est. Atque ut erat in rebus Idorum præcis juxta & recentibus, si quis ullus, eruditissimus, scribendique stilo felicissimus, Chronographus Indiarum ab eodem destinatus Monarcha fuit.

460 Similem ut obiret Provinciam, adornaretque totius Historiam Prædicatorum Ordinis qua Mexicanam Sanjacobeæ methodo nuper ediderat, Generali arrisit Magistro anno 1597, qui propterea Litteras ad Provincias mandavit, ut gestarum rerum monumenta, sua quæque, ad Augustinum nostrum amitterent. Et jubenti Præsuli latissimè per orbem effusi Sodales obsecundarunt, Nostro vastissimam pro Historia materiem accipientes, seque ad immensi Opus moliminis præparante, quod tamen immatura

M mm

mors

mors intercidit. Demum anno 1599 pro eximijs, quibus pollebat dotibus, Archiepiscopus Hispaniolæ destinatus à Rege, sub indeque Americæ Primas, incunte primo sequentis anno seculi Apostolicis Clementis VIII Literis acceptis, consecratusque, in suam mox Ecclesiam transmisit. Quadriennium in ea excolenda duxit omni clarus virtute, in primis autem charitate in pauperum eleemosynas efusissimâ, zelo divini honoris salutisque animarum egregio, nec minori juncto prudentiæ comitatuque & humanitati, qua & Clericos & Religiosos homines, & cæteros gregis complectebatur. Auctus licet Pontificiam honore, religiosi nequitiam moribus diminutus, cellam sibi apud Cœnobium Prædicatorum Ordinis sui delegit, quo libentius uteretur hospitio quam amplo Palatio. His pro instituto suo deditum, multisque scriptionibus apparandis, præpropera mors subtulit 42 annum agentem, quarto præteriti seculi.

461 Paucis ab obitu diebus, Ecclesiæ suæ Clerico pijsimo, dignitateque ornato, nocturno tempore altaria, ut usu tenebat, Cathedralis Basilicæ visitanti, proque defuncti nuper Archiepiscopi anima preces fundenti spectandum se dedit, Pontificijs quidem ornamentis indutum, nudis tamen pedibus, & igne cruciatum, quo ut levaretur, cæterisque expiatorijs pœnis, Sacra in

optatis habere se, petereque instantissimè Ecclesiastica suffragia significavit. Postera die, & ipse qui hæc exceperat, ad aras fecit, & ut alij sacris etiam operarentur tempestivè curavit, quibus vita functus Præsul subsidij Purgatorio exemptus carcere evolare in cœlum. Nec mora, nam sequenti proximè nocte eidem rursus Sacerdoti sistitur Archiepiscopus grates persolvens, quod extremis hisce tandem suffragijs æterna fuerit in cœlestibus requie poturus.

462 At enim prius quam scripta recenscamus, placuit splendidum, quod ei rexit elogium vir Clarissimus D. Ludovicus à Paramo, Boroxensis, Archidiaconus & Canonicus Legionensis, Regni Siciliæ Fidei Quæstor, in Opere à se eruditissimè elaborato, *De origine & progressu Officij S. Inquisitionis*, Matrili edito in Typographia Regia anno 1598. Libro siquidem 2. cap. 12. n. 20. pag. 241. insignis meriti Censores Fidei Mexicanos commendans, hæc de Nostro habet: *Magister F. Augustinus Davila Palla, Sacra Theologia peritissimus, Evangelicæ eloquentiæ & oratione disertissimus, ac doctrinæ & morum probitate conspicuus, & super omnia diligentissimus Indicarum rerum indagator, qui Librum Historiæ Provincie S. Jacobi Mexicanae felici conscriptum edidit: qui quæ vobis lumen attulit ad Inquisitionis Peruvienfis descriptionem.* Hactenus ille,

ille, cui multa occidunt alij, scilicet Hieronymus Ghillini in Theatro di *litterati* italicè edito, de Augustino inquit: *Il famoso dicitore dell' età sua à nissum altro secondo: h. è. Clarus ætatis suæ Orator, secundus nemini.* Fontana Dominicanus, in Theatro suo, & ejusdem Familiæ Lopez, Historiæ generalis p. IV lib. 4. cap. I. pag. 789, Fernandez, in Historiâ Ecclesiæ nostri temporis. D. Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispaniæ Nova t. 1. p. 137. Agydus Gonzalez Davila, in Theatro Ecclesiæ Hispaniolæ p. 266. Leon Pinelus in Epitome Bibliothecæ Occidentalis, editionis Madritanæ novissimæ tom. 2. col. 622. 739. & 751. Illmûs. D. D. Joannes Diaz de Arze in Proximo Evangelico lib. 2. cap. 5. fol. 116 col. 1 & 2. & F. Alphonfus Franco, Dominicanus, in Historiâ Provincie suæ Sanjacobæ Mss, è qua Nostri illustriora hausimus, & quæ cæteros ejus laudatores fugerunt: habentur autem lib. 1. capp. 52 & 53 hujusce Historiæ, quæ assertatur in Archivo Mexicani Conventus. Scripsit Noster jubente provinciali Mexiceo Capitulo anno 1589 celebrato, ediditque hispano sermone,

Historiam Provincie S. Jacobi Mexicanae Ordinis Prædicatorum. Matrili, 1696. in quarto, Authore ipso præsentè, quæ tamen editio oculos hætenus nostros fugit. Alteram habemus præmani-

bus Bruxelensem, typis Joannis de Meebrck anno 1625. in fol. pp. 654. Tertia quæ à Nicolao Antonio refertur, itemque à Leone Pinelo in Bibliothecâ nuper relatâ col. 622. alium eidem operi titulum dedit, scilicet

Varia Hispania Nova atque Florida Historiâ. Pinciæ 1634. in folio.

Porro Critici Galli *Scriptores Ordinis Prædicatorum* eruditissimè juxtâ & dilucidè colligentes, tom. 2. ad annum 1604 pag. 351 ubi de Nostro verba faciunt Historiæque mox à nobis relata, subjungunt: *Hanc autem ibidem ingenue facietur noster Augustinus à Fr. Andrea Moguer ejusdem Provincie alumno ante annos 40 inchoatam fuisse, tum & à nostris Vincentio de las Casas & Dominico ab Annunciatione profectam, quam Thomas Castellar etiam latinè reddiderat.* Hæc ubi legimus, è re nostra putavimus, explicatius ingenue illam Nostri confessionem legentibus aperire, historiamque omnem illam in simul vindicare. Videbitur enim forsitan alicui, uti Gallis Criticis visum existimabit, Augustinum non unum Operis fuisse Authorem, qui citra equuleum & tortorem passus fuerit res ante ipsum eidem adornandæ insudasse. Absit tamen quam longissimè cogitatus, in quo Criticos Doctissimos hæsisse non credimus, minus tamen quam oporteret explicare locutos existimamus: Hanc inquentes Historiam

riam pridem ab alijs Authoribus inchoatam & profecutam fuisse. Ut enim mutuatis à Logica Professoribus utamur formulis, *hanc specificè* & primum Authorem habuisse Moguerium, & continuatores Vincentium & Dominicum, atque Interpretem Castellarium, Noster sine fidibus, ut ajunt, fatetur, cui nos itidem confessioni penitus assentimus. *Hanc verò numericè* ab illis profectam obnuimus ac pernegamus, nec Augustinus ipse nobis confessione illà suà refragatur, testatus ibidem Procemij, Monumenta, quæ diximus, omnia perspexisse quidem, at enim majorem partem ad lydiū examinis lapidem consultis superstitibus testibus revocasse, tum verò, institutà rigidiorè criticà, Historiam à capite ad calcem universam calamo suo & stilo duxisse. Certè sapientes Viri, hanc ipsi injungentes Provinciam, queis pristina Sodalium scripta nota erant, non actum agi recoquique crambem eadem & repeti sibi voverant, imò integram & ex arte historiam narrationem institui, superque fundamentis antiquis extrui, quam felicissimis ac nitidissimis Noster sic graphijs ornavit, fastidiosus etiam ac morosus ut satisfecerit, optaverintque proinde Ordinis universi Rectores sui, & in mandatis dederint, ut non absimilibus elucubrationibus torius Prædicatorum Ordinis res gestas exponeret. Atque ut ij

nos verbo expediamus, sunt & in Historia & in Facultate omni ejusdem argumenti plura volumina à diversis Authoribus cusa, quæ tamen & methodo & stilo & adjectis aut illustratis rebus varia merito & ipsa habentur, nec ea singula Scriptori tribuuntur, qui primus ornavit spartam. Et hæc quæ pro *ingenua* illà Nostri confessione monuimus, quibus Provincie Historiam suæ sibi ipsi asseruimus, dicta pariter sunt, ut nihilo minore jure scripsisse dicamus

Historiam Indorum Antiquitatis.

Cujus P. Alphonsus Franco meminit indicato superius loco. Nam & si exquisita & abstrusa gentis Monumenta pro scriptione paraverat Dominicanus alter eruditissimus F. Petrus Duran Texucanus, illis tamen usus industriè ac scientissimè Noster rebus, ad normam & perpendicularum collocatis pulchroque ac virili, quo pollebat, stilo donatis, Librum condidit amœnissimum, qui tamen aut unà cum Authore sepultus fuit, aut, quod prænominatus habet M. Franco, in eorum manus venerit, ut & cætera Augustini, quæ indicabimus Mss, qui nullà habità Authoris ratione, gloriam sibi plagio occupati fuerint. Sunt autè inedita illa.

Varia Tractatus eruditionis.

Conciones ad mores & panegyrica.

Theologia Scholastica Disputationes varia.

Ad

Ad Positivam spectantes lucubrations.

Extat edita

Oratio Funeris habita ab Authore 8 Novembris anno 1598 pro justis solvendis in majori Pincianorum Ecclesià Magno & Catholico Hispaniarum Regi Philippo II.

Habeturque in Libro, qui funebria eidem Monarchæ per Hispanias soluta complexus elogia prodijt typis Clementis Hidalgo Hispali 1600. in quarto. Quem ad famosam Paulianam Mexicæam S. Augustini Bibliothecam vidimus.

Ad calcem Librorum, quos vel publicæ dedit luci, vel ea dignissimos ad Cleantis lucernam elucubravit, subnectere placet, nomine ipsius & jussu flammis adjudicatos alios. Scilicet datus Hispaniolæ Archipræsul, Ecclesiæ Decanum D. Nicolaum de Anasco Diocesim lustraturum dimisit, qui huic intentus negotio Bibliorum Sacrorum Exemplaria 300 invenit hispano illa edita sermone, & quod longè erat execrabilis, ac cane pejus habendum & angue, Lutheranis glossis donata & similis hominum furfuris. Porro duplici profcripta capite volumina in rogam ad circum Insulæ maximum injecta, in cineresque redacta, capitalem veteratoribus, qui illis insudaverant, penam in tenebriones ab Ecclesià latam, bono in lumine collocarunt.

463 M. F. AUGUSTINUS DO-

RANTES, Natione Mexicanus & Patria, Ordinis Prædicatorum in Provincia S. Jacobi ornamentum sua ætate fuit & decus egregium. Philosophiam Theologiam que multo cum sapientissimorum hominum plausu docuit, Magisterijque apicem retulit. Domesticis non modò auctus honoribus, & percharus fodalibus, ceteros toto Novæ Hispaniæ Regno præcones habuit eruditionis, præsertim in Theologicis & Juridicis rebus, eximia. A Questoribus Fidei inter Sacros adscriptus Criticos, multum diuque in gravissimis causis versatus fuit maximique habitus. Consulebant illum in arduis negotijs Docti pariter & indocti homines, quibus ipse humanissimè dabat responsa. Adhæc concionatoris munere etiam præclarus, è sacro in gravioribus festis suggestu dicebat auditoribus quibusque pergratus, gratior tamen nunquam quam ubi in laudem purissimæ Conceptionis Virginæ Panegyrim ornatissimam habuit solennissimi causâ festi à Cænobio instituti Mexiceo suo, quod recens tunc edita ab Alexandro VII fuisse Apostolica Constitutio *Solicitude omnium Ecclesiarum*. Isthæc ut absolveret onera, professioneque juxta & studiosissimo genio faceret satis, instructissimæ Bibliothecæ hærebant, libris secundum sacra & religiosa pensâ, quibus primas dabat, unice delectatus, ut subinde ejus apud

cu-

eruditos nomen ad ætatem usque nostram insigne sit. Edicum ab ipso Opusculum hæcenus invenisse nullum dolemus, doctissimaque elucubrata ab ipso Mss latere nos, id unum à gravissimis testibus accipientes, multa ipsum condidisse

Philosophica,

Theologica, cum Scholastica & Moralia, tum etiam Dogmatica,

Et Concionatoria.

Ejus meminere P. Joannes Antonius de Oviedo in Vita P. Antonij Nuñez pag. 21 egregia cum laude, & P. Didacus de Ribera in Diario die 10 Septembris anno 1662. quod extat in Oratoriana Mexicana.

464 FR. AUGUSTINUS FAN, Natione, ut conjicimus, Mexicanus & Patria, postquam diligentem Medicinæ excolendæ operam dederat, Doctoratusque apicem Apollincum tenuerat, in Ordinem S. Augustini Provinciæ Mexicanæ receptus, edidit hispano sermone

Tractatum de re Medica brevem, deque morbis omnibus. Mexici, apud Hieronymum Balli 1610. in 4. Hanc, quam ad S. Jacobi de Tlatelolco Franciscanorum editione invenimus, secundam credimus, quæ accessionibus ditior novis inscribitur; prima vero quo sit loci hæcenus latet nos.

465 P. AUGUSTINUS FRANCO, Natione Mexicanus & Patria, prænobili ortus stirpe, Societati

JESU se addixit, in qua solennia demum quatuor vota Deo nuncupabit. Goatemala Urbe primaria amplissimi Regni primum floruit, post traditam Philosophiam, Primariæ admotus regendæ Cathedralæ Theologiæ, Præfectusque Studijs Collegij florentissimi Familiæ suæ, quod id temporis publica Universitas habebatur. Ab eisdem Diæceseos Pontifice Examinator Synodalis fuit constitutus, & à sapientibus viris multi æstimatus. Mexicis restitutus Adibus, Sodalitium à Salvatore nostro nuncupatum, in Domo Professæ nobilissimum rexit ac frequentissimum, ad quod singulis Dominicis diebus piè juxta & doctè è sacro suggestu dicebat, nec minus à Mexicanensibus doctis & gravibus hominibus fiebat quam dudum à Goatemalensibus fuerat habitus. Edidit dictum à se idiomate hispano apud Primarium Prædicantorum Templum Goatemalense

Sermonem de Canonizatione S. Perri de Alcantara ejusdem Ordinis. Mexici, typis Lupercianis anno 1673. in quarto. Habetur tom. 100. Collect. nostræ.

Cæteras ejusdem *Conciones & Tractationes Philosophicas ac Theologicas* Mss præteritas facimus, nullibi à nobis visas, de quibus tamen conditis nullus hæret scrupulus.

466 D. AUGUSTINUS FRANCO DE TOLEDO, Natione Mexicanus, ortus est Mexici, avitisque do-

domus insignibus clarus, eximia se illustriorem eruditione præstitit. A teneris Grammaticam exortus, ejusque præceptis imbutus & usu, Rhetoricam excoluit, Philosophiæque operam dedit. Mox vastissimam utriusque provinciam Juris aggressus, felicissimo successu Civilis infulas in Academia patriâ sibi delegit, quas studijs & jugi exercitatione mœruerat. Candidatum pro regendis Cathedralis egit, atque ut erat nihilo minore in sacris peritia functionibus, quam in prophanis Legibus, Clementinarum Professor renunciatus, deinde Imperialibus explicandis Institutionibus Moderator est datus. Interea loci, Forum peræque frequentabat & Academiam, inter primi nominis Patronos causarum relatus, inquisitusque sapissime à clientibus, tantique à Doctoribus habitus, facile ut in gravioribus ejus opiniononi deferrent ac sensui.

467 Ad altiora vocatus suffellia, Auditoris Regij in Mexico Arcopago tandiu functus munere fuit, donec, invidentibus fati, deturbatus, sublimiorem, eximia animi demissione, patientiæque egregiâ, sedem neciam vicissitudinis procuravit. A tumultu negotiorum abductus, Deo quietius & animâ vacaturus, sacras Aedes prona in Cælestes religione quarebat, & quod reliquum erat temporis lectioni studioque dabat assiduo, Libris,

ut usu ténuerat, quibusque perpetuum inhærat, unice delectatus: & certè Bibliothecam selectissimam jam diu instruxerat raris etiam inventu codicibus, & sumptu carioribus voluminibus: Kircherianis, Caramuelianis, & similibus, à quibus magnam eruditionis & politioris literaturæ supellectilem comparavit, ut subinde non Jurisprudentiâ tantum insignis, verum in Mathematicis & pulcherrimis disciplinis peritus evaserit. Scripsit, non tamen edidit

Commentaria in Clementinam de Magistris.

Commentaria in Clementinam de Privilegijs.

Commentaria in Clementinam de Sententia Excommunicationis.

Commentaria in Titulum Instit. de Justitia & jure.

Commentaria in Titulum Instit. Quibus modis jus Patriæ potestatis solvitur.

De quibus Commentarijs testes habemus Academicos Libros Antecessorum lectionibus destinatos.

Opus sub extremam ætatem elucubravit, cedro dignum, floridissimæ Guadalupanæ Mexicæ Deiparentis Imagini illustrandæ, tum insinuatæ Historiarum quæ de ea sunt, receptissimis Monumentis, tum etiam peritis ab utroque Jure rationum fuleris, quæ bono in lumine collocatum insigne in paucis habeatur Virginæ Picturæ miraculum, duobus

bus retro ab hinc seculis apparente Imaginē in telā caducifsimā coloratā, natum, in diesque perennans, incorruptā perfatē in solo lapidum, ferri, argenti, & auri etiam edace. Operis titulum non adducimus, quem forsitan non præferunt Codices (nec enim legere eos nobis licuit, apud tabellaria, ut remur, Palatij reclusos) nec conceptis indicant ipsum verbis qui ejus memoriam habent D. Patricius Lopez, Indus prænobilis juxtaque eruditus, Linguarum Regio titulo Interpretis, in Mss Compendio exhibente Indicem Monumentorū Equitis D. Laurentij Boturini. Isque in Catalogo suo edito Musæi Historici Indici pag. 88. § 35. n. 10. qui tamen facili equivocatio- ne, memoriæque lapsu *Franquis* pro *Franco* scribit. Sunt autem, ut mox dictus Patricius testatur, earthacei fascēs duodecim in folio, quæ Opus involvitur, quod (subjungit ipse) si ad extremum Author duxisset, succum Guadalupanæ rei omnem expressisset, cujus præterea argumenti desiderari nil amplius possēt.

Alia ad Forum & Scholam spectantia Opuscula præterita facimus, quod ubi ea sint & qualia nesciamus, scientes tamen plura fuisse & admodum erudita.

468 D. AUGUSTINUS DE LA FUENTE, Natione Mexicanus, Parentibus Indis, in ea Imperialis nostræ Urbis regione natus est, quæ Tlatelolco etiamnum au-

dit, quondamque Mexici, quæ proximè semper solo hæserat, æmula fuerat, utriusque partis civibus perpetuò inter se dissidentibus & infensis. Christianis institutus & politicis documentis à primævis religiosissimis Franciscanis, qui inbuendos etiam literis Indos susceperant in Collegio, quod à S. Cruce titulum habuit ad Tlatelolcum, ingenio illum præditum haudquaquam vulgari, alumnos inter suos esse voluere, tantosque ille in Latino sermone progressus fecit, Rhetoricā item & Philosophiā, ut Cathedram ibidem tenuerit, gentique suæ erudiendæ operam, nec sine fructu, dederit.

469 Ejus adhuc viventis elogium contexit P. F. Joannes Baptista in proœmio ad tomum suum primum Sermonum, quos mexicano idiomate typis dedit Mexici anno 1606, testatus, Magisterio defunctum esse Augustinum, optimæque mente donatum, & egregiā in materno idiomate, quod ditissimum est, eruditione proprietateque excelluisse: quam ob rem, & quod ita graphicè & velociter litteras pingeret, ut nulli suorum hac in parte concederet, ætatem suam omnem in scribendo duxisse, eo utentibus Amanuensi PP. Bernardino Sahagum & Petro Oroz pro multis à se conditis Libris, ipsoque laudatore Joannē Baptistā, cui tunc usque per decennium adfuerat calamo excipiens

om-

omnia, quæ ille typis dederat, nec pretio, nec numero pauca. Porro cum isthæ Opera Mexicana dialecto composita, ab Typographis linguæ ejusdem ignaris, improbo quamvis labore, serò maleque aptari formis possent, Augustinus, si quis ullus, exoptans ea excussa videte, quæ tanta sui, Authorisque defatigatione fuerant ornata, versatili quo pollebat ingenio juxtaque manu, typographiam sic brevi percussit, ut expeditissimè æneis lûderet caracteribus, totumque sermō Sermonum Opus F. Joannis Baptistæ proprijs ipse manibus adnaverit, nullis (quod in cultissimis etiam operis typographiâ desideres) mendis admixtis, quæ aut morari lectorem possint, aut deturpare Opus, vixque levissimi momenti irrepentibus, quæ vel oculatissimum fugiant & in arte, quæ Dædalea planè est, exercitissimum. Ipsijs quamvis Operis, quod ejus extet nomine, non meminimus, nibilo tamen minus ad Bibliothecam trahendum nostram existimamus, quod non purum putum Amanuenscm egerit eorum, quos diximus Authorum, sed verò etiam socium & coadjutorem se præstitit eis pro multis idiomate Mexicano conditis voluminibus, cum à P. Bernardino Sahagum, tum etiam à PP. Oroz & Baptista, è quibus postremo nominatus loco profuisse sibi Augustinum fateretur, non minus ac profuerant instituto suo

Oooo

D. Antonius Valerianus & D. Petrus de Gante, alijque Indi eruditi, à quibus Versiones bene multas Librorum accepit, conceptisque verbis, in grati animi significationem Proœmio supra à nobis relati Tomi palam exponit. Sahaguntino autem eximiam operam scribenti Mexicanè navavit, cum multa alia, tum in primis duodecim spissa volumina elucubranti, quæ *Dictionarium maximum sunt Mexicæ idiomatis*, vulgoque *Calepinum* audiunt, quod celebri Latino Dictionario ab eruditissimo Augustiniano Ambrosio Calepino jam diu edito, Lexicon Mexicanum Sahaguntini haud absimile visum fuerit. Petrum tandem de Oroz eadem usum in multis linguâ, de quibus in loco sermo erit, non perfunctoriâ manu consilioque juvit, ut subinde egregia Nostrum laus maneat ab immortalibus monumentis, in quæ tanta eruditionis propriæ symbola contulit.

470 FR. AUGUSTINUS GARRIEDER, è Cantabrigiæ natali solo in Mexicam Urbem delatus, Ordinem S. Francisci in Provinciâ S. Evangelij amplexatus est, apud quam litteris efformatus, non penitendos fecit progressus moribus juxta & religiosius institutis excolendis intentus. Philosophiam Theologiamque, quas alie imberat, è suggestu discipulis tradidit in Gymnasijs domesticis, è quibus in apertius theatrum deductus, Cathedram

Sub-

Subtilissimi Doctoris Joānis Dun-
fij Scoti moderatus est in Aca-
demiā nostrā Mexicanensi, &
apud Senatū Fidei pro Censu-
ris Theologicis fuit destinatus.
Splendidis alijs in Provinciā suā
honoribus fuit & Definitorum
agens & Angelopolitani Cœnobij
Guardianum, quæ defunctus
muneribus, fermeque in simul vi-
tā, Mexici non ita pridem ulti-
mam clausit diem, fratribus jux-
tā acceptus & exteris. Edidit ha-
bitum à se idiomate hispano ad
S. Dominici Imperialem Mexi-
cœum Conventum Sermonem, cui
titulum dedit sequentem.

*Sacrum certamen altiorum inter sa-
pientiam & demissam humilitatem
amanissimi nostri Parentis & In-
cluyi Patriarchæ S. Dominici de Guz-
man.* Mexici, typis D. Mariæ de
Ribera 1748. in quarto. Legitur
tom. 97. Collecti nostræ.

Mss ejus Sodales si evolve-
rint, hinc adjiciant amabimus

Cursum Philosophicum.

Tractationes Theologicas,

Et

Conciones multas.

471 FR. AUGUSTINUS DEL
HIERRO ET ARGORA, Natione,
ni fallimur, Mexicanus juxtaque
Patria, Ordinis Beatissimæ Vir-
ginis Mariæ de Mercede alum-
nus in Provincia Mexicanensi,
atque in ea Prædicator Emeri-
tus, tertiumque Præsul Cœnobij
& Sanctuatijs à Remedijs dicti,
edidit

Panegyrim de sacra Christi Do-

*mini è Cruce pendens Imagine, quæ
apud Zacatecanos multa colitur re-
ligione.* Mexici, typis Hæredum
Joannis Josephi de Guillena Car-
tascolo 1715. in quarto. Legi-
tur tom. 99 Collect. nostræ.

In Schedis reliquit

Sermones multos.

472 P. AUGUSTINUS DE
JAUREGUI, Natione Mexicanus,
prænobili Familia Mexici ortus,
liberaliterque educatus, Societa-
tem JESU in Provincia Mexica-
na juvenis petijt, in qua studijs
se ita Humanitatis, Philosophiæ,
ac Theologiæ exercuit, moribus
que præfuit, uti quatuor nun-
cupatis Deo votis Professos inter
Patres jam diu claruerit. Gram-
matica tradendæ, Rhetoricæ iti-
dem Mexici ad Liceum Familiæ
Maximum, Discipulis multis in-
cubuit, moxque Philosophiam in
eâdem Palestrâ per triennium è
Cathedra docuit. Apostolica prop-
rij Instituti ministeria, & apud
Sanctandream quondam, &
multis ab hinc continenter an-
nis apud Domum Professam cu-
rat, in Oratoriâ Sacrà facundus
ac felix, pro Confessionibus &
consultationibus frequenter qua-
situs, ab ijs præcipue qui se chris-
tiano ritu ad extremum agonem
comparant. Largis in pauperes, è
piorum censu eo uti cupientium
ductore, elemosynis notus, plu-
res etiam Virgines, varijs Deo in
Monasterijs sacrandas, multâ,
imò integrâ quandoque dote ju-
vit, atque ad pia alia opera non

con-

consilio tantum, sed manu egre-
giam tulit opem. Pergit etiam
num eidem intentus, nosque
propterea abstinemus elogijs, cæ-
tera debitis, viri clarissimi, quod
& nostra cum ipso necessitudo vi-
raque ejus, quam diuturnam opa-
ramus ex animo, prohibeat. Scri-
psit

*Poeticam pro Natalitio Domini, à
Sodalibus excipiendi Iustibus numero-
sis, Concertationem, Bombycis typo
Puerulum exhibentem.* Extat in li-
bro ejus argumenti Opusculis de-
stinato, ad annum 1715, in Bi-
bliotheca Maximi SS. AA. Petri
& Pauli Collegij.

*Cursum Aristotelicæ Philosophiæ S.
Petro de Alcantara* (in quem est
insigni pietate.) *nuncupatum:* à
Summulis reliqua complecten-
tem, quibus ille nostratum mo-
re integer absolutusque evadit.
Extat apud nos Mss tomis 4 in
quarto.

Resolutiones ad Quæstus Moralia.
Quibus Author pro munere, cui
incubuit, eorum socijs, Patribus
satisfecit.

*Conciones varijs argumenti plures,
Prolusiones latina, aliaque amano-
ris litteratura.* Mss.

473 F. AUGUSTINUS DE LE-
DESMA, Natione Mexicanus &
Patria, Ordinem Franciscanum
in Provinciâ S. Evangelij am-
plexatus, ubi Philosophiam ex-
colerat atque Theologiam, sa-
cro Pulpito frequentissimam de-
dit operam, è qua Prædicatoris
Generalis & Emeriti titulum re-

portavit, Tertioque Pœnitentiæ
Ordini præfuit. Reliquit Mss to-
mum idiomate hispano

Sermonum variorum in quarto,
qui habetur in Bibliotheca magni
Cœnobij Mexicani S. Francisci.

474 P. AUGUSTINUS MA-
RIA DE LUYANDO, Natione Mex-
icanus, Mexicis cunabulis usus,
& domo multis clara stemmati-
bus, Jesuadum familiæ in Provin-
ciâ patriâ, ubi primum per æta-
tem licuit, se innexit. Amœnio-
ribus excultus disciplinis, eas in
publica SS. AA. Petri & Pauli
Collegij Aula Discipulis multis
exhibuit: Philosophiæque appri-
mè donatus atque Theologiæ,
lauream, pro Sociorum ritu su-
premam emeruit quatuor Pro-
fessione votorum, quæ non nisi
probatis ac sapientibus viris de-
cernitur, quique utramque Fa-
cultatem illam possint in publi-
câ quaque Universitate docere.
Multa pro instituto ministeria
gessit industriè, à quibus apud Ca-
lifornias præsertim obitis laudem
equidem reportavit. Scripsit

*Concertationem poeticis numeris
peragendam in recens nati Pueri Je-
su memoriam. Maligranati Symbolo
expressi.* in quarto. Habetur in
Libris Argumenti
hujus Opera complectentibus, ad
annum 1727. in Bibliothecâ me-
morati supra Collegij Maximi.
*Conciones item hispanas, Proluso-
nes latinas, & alia amano-
ris litteratura.* in quarto.

475 P. AUGUSTINUS DE

ME-